

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

tra: Væ tibi ridenti, quia mox post gaudia flebis. Ibi vers.  
25. Gaudium securitatem: tristitia parit cor Deo placens,  
2. Cor. 7. v. 10.

*Inquit aliquis: Ergo ne semper vis nos esse melancho-  
licos, & frontem contrahere, atque subinde flere cum He-  
raclito illo Philosopho? Nequaquam. Semper gauden-  
dum, at in Domino, Philip. 4. ver. 4. Lætabaris coram Do-  
mino, Leuit. 23. v. 40. Deuter. 12. v. 12. Joel. 2. v. 21. Psalm.  
64. v. 11. & 97. v. 12. Lætabitur iustus in Domino. Luther.  
Fröhlich in Ehren ist Gott lieb. Frewd in Sünden ist die  
Teuffel. At non lætandum in rebus nihili. Amos 6. v. 13.  
Quia extrema gaudii luctus occupat, Prou. 14. v. 13. Hoc  
ergo medium tenendum quod Syr. 11. v. 27. & Syr. 18. v. 25.  
demonstratur.*

F I N I S.

## T H E M A L X X X V.

Eccles. 7. v. 15.

*In die bona frueri bonis & malam diem etiam sustinere:  
sicut enim hanc sic illam creauit Dominus, vt nesciat ho-  
mo quid futurum sit.*

## D I S P O S I T I O.

Optime tum nos victuros, si tempori seruire discamus,  
& quouis tempore, vel ad bona recte toleranda, vel ad  
mala patienter ferenda simus parati, nemo est qui ite  
possit inficias. Hinc etiam Paulus, Tempori seruientes,  
4. v. 5. Et redimentes *τὸν χρόνον*, Eph. 5. v. 16. Et sane tem-  
pora felicia semper sunt exoptata & grata: at nubila si  
fuerint, cor in pedes decidit, & vincit impatentia.

Docet ergo Salomon egregie, & quomodo tristitia siue  
secunda fluant tempora, debeamus agere.

2. Ostendit, vnde tempora mala & tristitia.
3. Addit, quare semper tristitia & mala misceantur lætitiæ  
& bonis.

I. PARS.

## I. Pars.

Deus fidelis pater, nolens tentare ultra vires suos liberos, quos charissimos habet, interdum etiam læta & secunda permittit eos uti fortuna, ut à labore & dolore, Ps. 90. v. 10. possint aliquantulum respirare, & requiescere.

Illà tempora Salomon vocat, diem bonam. Sicut de febricitante nos loquimur? *Er hat heut sein guten Tag.* ubi scilicet paroxysmus ipsam febrilis non vexat, dies ipsi bona est respectu alterius. Licet etiam ita dies quietis non sit absque omni molestia. Ita nunquam sine dolore & labore sumus: ac sæpe nube solet pulsa candidus ire dies. Post nubila Phœbus.

Quid tum faciendum? Esto lætus & bono animo. Verecitate felicitate. Depone rugas, & curas graues exue. *Das mag dir Gott gönnen.* At quia semper extrema gaudii luctus occupat, Prou. 14. v. 13. sic te interim præparabis rursus ad diem malum. Si is aduenerit, eundem quoque boni consule. Noli esse cum impatientis.

Imitare eum, qui febrili laborat tertiana: is in die quietis semper exspectat febrilem paroxysmum, altera die venturum. Ideo non intemperans est.

Vsvs huius loci erit, i. ut sciamus, Deum non inuidere suis honestam interdum hilaritatem, qua frui liceat cum bona conscientia. Non vult nos semper flere, cum illo Philosopho Heraclito.

Sæpius hortatur suos Dominus, Lætaberis, Leuit. 23. v. 40. & Deut. 12. v. 7. & 18.

Eldr. 3. v. 12. lætantur propter templum in iubilo, Esth. 8. v. 16. dies lætitæ Et 9. v. 18. & 22.

Sophon. 3. hortatur, Jubila, exulta. Abstulit Deus plagas tuas, Syr. 38. v. 18. tristitia nocere plurimum, & propterea excutiendam asserit.

Modus autem seruandus, i. ne securi simus tum, sed de secidua mali cogitemus, Syrac. 18. vers. 25. egregius locus 2. & non perpetuo, sine fine exulrandum. *Nan muß auch können ein End daran machen. Es ist nicht alle*  
 S 2 Tag

*Tag Zürichwenhe/* dicitur in prouerbio. Et epulo purpuratus reprehenditur, quod splendide vixerit *quotidie*, Lucæ 16. v. 19.

## II. Pars.

Vnde autem tam crebræ mutationes, quod non semper tempora læta & dies boni: Imo mali plerunque plures, quam boni, Hiob. 7. v. 3. Audi Salomonem. Tam malum quam bonum diem creatum à Deo, ait: Omnis boni author Deus. Iac. 1. v. 16. Sed & omnis mali, Amos 3. v. 6. sc. vel promissionis, vel poenæ ratione. Non autem mali culpæ Deus author est.

V s v s. Quia à Deo dies mala, non ab hominibus non ab astris, &c. patienter ferenda, nec alii tribuendum malum. Deus fecit, qui vincit cum iudicatur, Iere. 12. v. 1. Psal. 51. v. 6.

Tacendum itaque, Psal. 39. v. 11. Et dicendum, Si bona suscepimus. Hiob. 2. v. 10. Vide enim quid dicat is, Hiobi 34. v. 23. &c.

Ab eo fit igitur: à quo nihil iniuste fit.

Ad ipsum quoque conuertamur vera poenitentia & humilitate; & poterit ex die mala facere bonam, aut liberare in die mala. Nouit enim dies iustorum, Psal. 37. v. 18. Et liberabit Psal. 4. v. 3. Non timebo in die mala, Psal. 49. v. 6. Beatus quem tu castigas, Psal. 94. v. 12. & 13. Vide ibi.

## III. Pars.

At quare Deus semper miscet tristitia lætis? Nunquid inuidet suis perpetuam felicitatem? Minima. Quia pater, & verus pater, Eph. 3. vers. 15. Atque fidelis. Quare igitur hoc fecit?

Causæ sunt apud Deum absque dubio plures, vnâ autem Salomon hoc loco nobis affert, quæ nobis sufficere debet: hanc scilicet, vt nesciat homo quid futurum sit. hoc vult, Deum nos hac ratione semper velle in officio continere, vt semper timeamus Deum, & dum nescimus, quid sit post euenturum, recte faciamus: & secundis rebus

tebus non efferamur animo, in aduersis non despondeamus animum.

**L o c u s.** Agnoscamus, charissimi, immensam Dei bonitatem, infinitam Dei sapientiam.

Nouit Dominus superbum esse cor hominis, Jer. 17. vers. 9. Nouit superbiam semper comitari res secundas. **Und es müssen starcke Bein seyn / die gute Tag ertragen mögen.** Itaque semper miscet tristitia lætis, aduersa secundis, vt semper in timore & tremore operemur salutem. Phil. 2. v. 12. Psalm. 2. v. 11. Exultate in tremore, &c. Et sicut perpetua est vicissitudo diei & noctis, hyemis & æstatis, serenitatis & tempestatis: sic etiam dierum nostrorum. De hac vicissitudine Prouerb. 14. v. 13.

Hæc sæpius cogitantes Deum semper celebremus. Quia si semper essent tempora læta (vt nos quidem desideramus) non cederet hoc ad nostrum commodum. Sic enim facile incideramus in securitatem carnis, & Deum plane negligeremus. Cernimus hoc in impiis, quando Deus illos sinit esse felices, Psalm. 73. vers. 8. Itaque stultum esset hoc à Deo petere. Bonum est, quod miscet tristitia lætis. Psalm. 119. vers. 71. Bonum est mihi. Vicissim autem si Deus nunquam largiretur tempora felicia, desperamus vtiq;e. Ideoque sol interdum nobis oritur. Orandum ergo ex Psalm. 90. vers. 15. & Psalm. 86. vers. 4. Quia autem hic ne ad horam possumus esse certi de futuris euentibus, discamus fastidire terrena & desiderare cœlestia, 2. Cor. 5. v. 2. & Coloss. 3. v. 1. vbi perpetua gaudia, Psalm. 15. v. 11. Apoc. 21. v. 4.

F I N I S.

T H E M A L X X X V I.

Eccles. 12. v. 7.

*Pullis reuertetur in terram. Et spiritus ad Deum, qui dedit eam.*

S 3

DIS-